



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Liber Octavvs

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

## EVSEBII PAMPHILI LIBER OCTAVVS

De Translatione scripturæ, repetitio gentilium Theologia. CAPVT I.



**N**VNC ordine progredientes, ad Mosi disciplinam, quæ secundum gradum tenuit, & solis Iudæis, non alijs gentibus data est, transitum faciam. Quod autem nulli alijs genti, sed Iudæis solummodo Mosaica disciplina data est, nec idonea uel possibilis alijs fuit, tempore suo probabimus. Sed quemadmodum Aegyptiorum doctrinam ipsorum Aegyptiorum uocibus exponebam, cæterarumque gentium Theologiã suorum testimonio auctorum explicabam, ita nunc quoque faciendum est, a Iudæis ipsis, & ab illis maxime, qui doctissimi habent, ante oculos omnia ponam, si prius quomodo in linguam Græcam, & quanta diligentia libri Iudaici traducti sunt, exposuero. Commodissimum enim id mihi ad Euangelicam doctrinam, cuius præparationem modo scribimus, fore arbitror. Cùm enim iam Saluatoris nostri tempora uiderent proprijs aduenire, cõducebatque maxime saluti omnium gentium quacumque a prophetis scripta fuerant intelligere per linguam Græcam, quam serè omnes gentes intelligunt, Iudaicam scripturam uniuersis proposuit. Aut enim post Saluatoris nostri tempora non habuissemus, Iudæis ex inuidia occultantibus, aut corruptiores nobis dedissent, aut si recte haberi potuissent, in suspicionem traductores facile uocarent. Saluator ergo noster, qui ut deus omnia prouidebat, optima dispositiõne usus, Ptolemæo Aegyptiorum regi traducendorum librorum cupiditatẽ iniecit. Quam rem Aristæus uir doctus, utpote qui rebus aderat, diligenter cõscripsit. Fuit autem transductio facta temporibus secundi Ptolemæi, Philadelphus uocatus est. Sed Aristæi uerba opere præcium est audire. Demetrius inquit Phalereus, in regia bibliotheca constitutus, grandem a rege pecuniã accepit, ut undique ad bibliothecam regis uel emendo uel transcribendo libros cõgregaret, meminique interrogatum me presente a rege, quoniam libri iam in bibliothecis essent, dixisse plures quã ducenta milia: sed breui tempore nõ erunt forsitan pauciores quingentis milibus, si non ab uniuersa Græcia solum quod feci, uerum etiam ab alijs gentibus, ac præcipue a Iudæis, quorum doctrinam

na perutilis mihi esse dicitur, quā plurima possumus uolumina, cōgregamus. Et quā rex inquit detinuit, ne Iudæorū libros, quæ regio nobis affinis est, aut emeris iam, aut transcripseris, presertim cum ad hanc rem tanta tibi p̄stetur pecunia, quantam petieris. Tum Demetrius translatione opus est inquit. Propria enim lingua, & diuersis utuntur quā Aegyptij literis. Multi eos Syrica & lingua, & literis uti censent, quod ita esse non inuenio. Post hæc rex p̄cepit Demetrio scribere ad se de Iudaicorum librorum translatione. Omnia enim tanta diligentia faciebat, ut uel res minimas petitionibus atque mandatis exactissime scriptis ageret. Quare ipse quoque cuncta, ut gesta sunt, conscripsit. Hanc igitur epistolam Demetrius Philadelpho misit, Regi magno Demetrius. Quoniam præcepisti o rex, ut undecunquē possim, in Bibliothecam tuam libros utiles congeram, maiestati tuæ refero Iudæorum disciplinam & leges literis & lingua sua conscriptas, perutiles mihi uideri. Ferunt enim abiecte nonnulla translata tantę certe admirationis, ut & integra & diuina sola legum sanctio iudaica uideatur. Sic enim etiam Hæcataeus Abderita propter sanctionem legis, nec a poetis gentium tactam arbitratur, nec diligenter ab historicis expositam. Si ergo tibi uidetur o rex, scribatur ad pontificem Iudæorū, ut de singulis tribubus seniores uiros, legisperitos & probos sex mittat, ut diligenti examine id eligamus, in quo plures cōuenient traductores. Ista quippe res digna mihi maiestate tua uidetur, felix sis perpetuo. Tunc rex ad Eleazarum scribi iussit, quod captiuos Iudæorū remiserit, & auri quinquaginta talenta, argenti centum, & lapides non paucos ad crateras, phialas, & mensam, ceteraque uasa & sacrificia faciunda deo Iudæorū obtulit, cuius epistola hæc est. Rex Ptolemæus Eleazaro pontifici salutē. Non ignoras multos Iudæorum in regione habitare nostra, qui ab Hierosolymis Persarum in tempore, quo illi regnabant, abstracti fuerunt, quorum multi cum patre nostro in Aegyptum ingressi, maiori mercede in legionibus conscripti sunt. Cumque fideles inuenisset, in præsidis collocauit, ut eorum formidine animos Aegyptiorum comprimeret. Nos etiā postquam regni habenas suscepimus, humanius tuos tractantes, plures quam centum milia captiuos redemimus ac liberauimus, conuenienti mercede dominis deposita, & si quid impetu multitudinis perperam

perperam' gestum est, totum correximus. Putauimus enim id ma/  
ximo deo gratum fore, qui tantum regnum cum pace ac gloria no/  
bis commendauit. De tuis etiam florentes ætate uolentesq; milita/  
re, cum dignitate aliqua in exercitu constituimus, & apud nos non/  
nullos admisimus. Quia igitur uolumus & tibi & Iudæis, tam præ/  
sentibus quam futuris gratissimum facere, decreuimus ut lex uestra  
literis Græcis ab Hebraica lingua traducat, ut uestra quoq; uolumi/  
na cum alijs regijs libris, in Bibliotheca nostra inueniant. recte igi/  
tur facies & nostro studio condigne, si uiros probos & seniores peri/  
tos legis linguæ Græcæ non ignaros, sex ab unaquaq; tribu elege/  
ris. Oportet enim quoniã res quã maxima est, illud eligatur, in quo  
plures conueniant traductores, hac re gesta, non paruam nos glo/  
riam consecuturos arbitramur. De his rebus latius tecum loquen/  
tur Andreas de intimis cubicularijs, & Aristo, qui & primitias ad  
uasa & sacrificia in templum portant, argenti atq; auri pondus non  
contemnendum. Scribe tu quoq; ad nos de quibuscunq; uolueris.  
Gratum enim id nobis erit, & amicitia nostra dignum, & q̄primũ  
fieri curabimus, quod petieris. Vale. Ad hæc Eleazarus sic rescri/  
psit. Eleazarus pontifex amico uero Ptolemæo salutẽ. Si tu & Aris/  
toe regina, & foror & filij uestri ualeatis, bene est, & ut uolumus fit,  
ipsi quoq; ualemus. Magno gaudio affecti sumus, cum per literas  
tuas bonam erga Iudæos uoluntatem tuam cognouerimus. Itaque  
uocato populo publice, tuam epistolam legimus, ut scirẽt quantam  
in deum nostrum habes pietatem, ostendimusq; uiginti aureas phi/  
alas, quas misisti, & argenteas triginta, & crateras quinque, & mēsam  
argenteã ad sacrificandum, & ad alia faciunda, quibus tẽplum ege/  
ret, argenti talenta cẽtum, quæ Andreas & Aristo uiri probi & do/  
cti & te digni, abs te nobis tradiderunt, quibus latius diximus quæ  
uisa sunt. Omnia enim quæ tibi conferunt, etiam si præter natu/  
ram essent, tui petẽtis gratia efficere parati sumus. Plurima enim ac  
maxima, & quæ obliuisci nunquam poterimus, nostro generi be/  
neficia contulisti. Quare illico pro te, & regina, & filijs, & amicis  
tuis sacrificia obtulimus deo, & orauit uniuersus populus, ut cũcta  
tibi sicuti uis succedãt, regnũq; tibi cum gloria dominus oĩm deus  
conseruet. p̄terea ut diuinæ legis cõmode ac secure fiat traductio,  
r ij sex ab

sex ab unaquaq; tribu seniores elegi, quos ad te cum libris destinaui. Recte igitur facies rex optime, exquisitissime traducta scriptura curare, ut ad nos uiri redeant. Vale. Multis deinde hac de re dictis, post iam traductam scripturam subiungit. Lectitata igitur examinataq; translatione seniores interpretu, ac sacerdotes, & multi aegyptiorum principes coram rege congregati, propositis in medio libris, magna uoce dixerunt. Quonia probe ac sancte diuina scriptura traducta est, decens modo est rex iustissime, ut caueant ne quis peruertere aliquid audeat. Quod cum omnes uoce approbassent, iussit rex secundum morem suum maledicere. Maledixerunt ergo ut solent, si quis addiderit, aut subtraxerit, aut mutauerit aliquid, rectissime id agentes, ut perpetuo inuiolata scriptura seruariet. His ita gestis, mirabili rex fuit affectus gaudio. Lecta uero uniuersa sibi fuerant. & admiratus legislatoris prudentiam, dixit Demetrio quomodo nemo poeta; neq; historicor; de tot tantisque rebus gestis nullam mentionem fecit. Cui Demetrius. Diuina haec lex est, & a deo data ut uides, ac ideo si qui tetigerunt, deo percussi resilierunt. Affirmauitq; audisse a Theopompo, quod coeperat nonnulla a iudaica scriptura translata, graeca oratione ornare, & illico turbatione quadam mentis & animi percussus, magno studio deum orasse, cuius rei gratia id sibi accideret. Audiuisseq; per somnium, quia res diuinas lenocinio inquinatis hominibus adderet. Ego quoq; ipse inquit a Theodoto tragicodiarum poeta accipi, quod cum nonnulla e iudaica scriptura ad fabulam quandam transferre uellet, luminibus captus fuerit, qui quonia credidit hac de causa id sibi euenisse, magno tempore poenitentiam egit, & tandem sibi uisus fuerat restitutus. Tunc rex magna cum diligentia sancte scripturam iudaicam iussit referuari.

De uita & disciplina Mosaica. CAPVT II.

**N**unc disciplinam Mosaicam, ut doctissimi Iudaeorum scripserunt, exponam. Phyllo igitur de Iudaeor; ab Aegypto egressu in primo libro, q̄s de Hypotheticis inscripsit, ubi pro Iudeis quasi aduersus eor; accusatores his uerbis utitur. Populus inquit iste, qui a Chaldaeo parente traxit originem, a Syria in Aegyptum translatus post multos annos, quonia multitudinem eorum Aegyptus non capiebat, & magnitudine animorum, ac  
simul

simul, quia somnijs ac uisionibus exitus ei diuinitus significabatur, magnopere in eam terrā, unde maiores sui in Aegyptum profecti fuerant, redire cupierunt. Quo facto adeo creuerunt, ut ad hęc usq; tempora iudæorum genus durauerit. Et paulo post. Ducebat autē eos uir unus, quē si uis nihilo p̄statiorem cæteris putato. Petunt em̄ multi eum obprobrijs, arte quadam malefica, & lenocinio uerborū omnia illi consec̄ta fuisse dicentes. Sit sane, sed artificium tamē illud maleficum, & uersutia hominis non modo uniuersum populum a siti, fame, cæterisque periculis, quæ quotidie locoꝝ asperitate & solitudine accidebāt, liberauit, ac uelut in copia rerum omnium aliud, uerum etiam longe ab om̄i seditione & sibi obtēperantes obtinuit. Nec breui tempore ista, sed tanto seruata sunt, quanto nec domus una in pace atq; cōcordia conseruari facile potest. Itaq; non sitis, nō fames, non calamitas aliqua, non futurorum formido, non ignorantio euentorum aduersus maleficum illum uirum seductos populos incitauit. Quam igitur uis artem, aut uerborum lenocinia, aut prudentiam aduersus tot tantaq; accidentia quotidie mala suffecisse? Aut enim subditus illi populus natura obtemperans, humilis, & peritia futurorum munitus, libenter eum sequebatur. aut si illi mala fuerant, deus dura om̄ia eis mitigabat, & tam p̄sentium q̄ futurorum noticiam Mosi cōcedens effecit, ut tandem ab omni periculo populus suus euaserit. Vtrum em̄ istorum concesseris magna laude Mosem certe effeceris, postea q̄ in terram istam uenerunt. & si quo pacto eam consecuti sunt, diuinæ literæ significant. malo tamen ego probabili coniectura, q̄ ueritate hystorica uti: Vtrum em̄ quispiam uoluerit ipse concedam, aut multitudine, aut armorū peritia Syrios & Phœnices patriæ propugnantes uicisse, aut ui quidem nihil fecisse, sed a dātibus sponte regionem accēpisse, ac nō multo post pie & sancte uiuendi, omnem disciplinam constituisse. Alterum enim fortissimos eos uiros, alterum a deo sic amatos significat, ut etiā inimicis suis uenerabiles uiderent. quippe hostes atq; inimici erant eorū, a quibus regionem, ubi & ipsi, & maiores sui nati educatiq; fuerāt, repente auferre uoluerunt. Quomodo igitur non est mirabile atq; diuinum, si quasi melioribus sine ulla ui sponte hostibus cessisse fatearis? Post hęc nescio, quid primo, quid secundo collocabo, probi-

x iij tatem

tatem ne legis, an obedientiam, sanctitatem, iustitiam, & pietatem illorum, qui uirum illum, a quo legem acciperunt, sic admirati sunt, ut quicquid ille uellet, hoc deum uelle putarent. Nam siue prudentia illius hæc agebantur, siue a superiore quadam uirtute doctus faciebat, ad auctorem deum omnia reducuntur. Mirabile nempe mihi uidetur duobus annorum milibus, imo maiore tempore iam fere transacto, non enim exquisitissime annorum possum dicere numerum, nec uerbum unum in lege illius esse immutatum, sed ceteris unusquisque Iudæorum morietur, quæ legi Mosaicæ derogabit. His dictis, compendio transcurrit disciplinam civilem, quam Iudæi lege mosaica tenuerunt deinceps. Nihil inquit huiusmodi apud Iudæos est, non forum & iudicia, non postergationes & moræ, non lites & accusationes, sed omnia uera, simplicia, & constantia. Si adulteratus es, si uim intulisti, si fornicatus: si aliquid horum feceris, morte punieris: si seruum, si liberum uituperaueris, si uinculum premes si abductum uendideris: si priuata, si sacra sublegeris, si impietate usus fueris, non opere solum, uerum etiam uerbo. Propitius autem sit nobis deus, qui hæc cogitauerimus, si in patrem, si in matrem, aut in benefactorem tuum: morte morieris non communi, sed lapidibus obrutus. Præterea mulieres uiris seruire oportere non ad contumeliam, sed ad obedientiam, pariter in filios ad salutem eorum habere imperium, unumquemque suorum esse dominum, nisi deo ea obtulerit. Nam si uerbo solum deo decauerit, tangere amplius non licet dei oblata, neminem rapere, nec aliena omnino furari, uerum etiam si uerbum emisserit, quo sua omnia deo oblata esse uideantur, ac demum poenitentia ductus tangere audeat, aut ad alium sensum prolata sibi uerba interpretetur, animam amittat. Sed longum esset omnia dicere. Innumerabilia præterea sunt moribus & consuetudine sine scripto seruata, quæ quis odit, non faciat, quæ non locauit, non tollat, nec a prato, nec a torculari, nec ab area magnum aut paruum aliquid auferat, ignem potenti dare, aquarum fluentia non includere, inopibus & mancis opem petentibus stipem propter deum esse concedendam, mortuis sepulchri locum non esse negandum, mortuorum sepulchra non mouere, nihil mali cuiquam inferre, non obtundere aut eicere sperma, nulla uirum foecunditatem mulierum retardare, non aliter uti animalibus quam deus & lex uoluit, semina non dispergere,

iugum

iugum non imponere iniuste, non habere modum præter mensuram, nec numum adulteratū, amici arcana in inimicitias lapsis non patefacias, non superes liberos a parentibus, etiam si captiuos habeas, non uxore a uiro etiam si argento tuo emeris: hæc maiora pulchrioraq; sunt, illa parua multis uidentur, nō destruere domi nidū, nullius animalis p̄ces cum ad te lamētanti simile refugiat, cōtemnere uelis. Sed lex quæ ista iussit, magna cura seruanda esse constituit, maledicunturq; qui nō seruant, & deus ipse qui omnia perspicit, ultor inuocatur. Et paulo post. Non semel sed sæpius, imo uero singulis diebus septimis propter malos hæc repetunt, maledicunturq; qui non seruant. Ita non solum ad agendum exercitatos, uerum etiam legum peritos legillator singulos effecit, septimis enim diebus in idē congregari uoluit, ut confidentes scripturā audiant, ne quis se ignoratione possit excusare. Ita conueniunt semper, & sedentes, magno cuncti utuntur silentio, nisi ad laudem dictorum uerbum aliquod communiter emiserint. Sacerdos autem aut de senioribus unus, legem recitat & exponit: sitq; per totum id diem septimum usque ad uespertinum crepusculum, deinde abeunt & sacrarum legum peritiores, & pietate multo munitiores. Num ociosi septimum peragere diem Iudæi tibi uidentur: an hæc quæ faciunt cæteris omnibus necessaria magis ducis: hac enim re sit, ne a iure consultis quid faciendum sit quererent, nec per ignorantiam fallant. Sed unusquisq; facile de legibus atq; moribus interrogatus respondeat, & uir uxori, pater liberis, dominus seruis, legis præcepta tradat. Facile de septimo quoq; anno quis non similiter dicere possumus: nō em̄ ipsi ab operibus, sicut septimis diebus cessant, sed agros ipsos cessare patiunt, ut uires ad futura suscipiant. Multo enim foecundiores redduntur, si cum cessauerint, in noualia rursus proscindunt. Quod etiā corporibus hominum accidit: semper enim eundē ferre laborem & ualitudini obest, & robur animi atq; corporis dericit. Sed si qs Iudæo polliceatur foecundiores in septimo anno agrum futurum, si eum coluerit, nequaquam id facere patietur: nam & ipsi a laboribus accipere se uolunt, & agros aliquando quiescere, ut & ipsi latiores, & agri foecundiores alio initio laborum sumpto efficiantur. Magnæ autē humanitatis eorum illud præcipue signum est. In septimo anno q; ipsi



ipsi ab agricultura laboribus abstinent, si quid sponte agri protulerint, non colligunt, neque deponunt, sed quia nullo suo labore productum est, communiter cuiuscunque uolenti omittunt. Quare autem septimum numerum ita lex honorauit, nemo a me quaeret, qui a medicis atque philosophis de uirtute, quam ad omnia maximeque ad naturam humanam possidet, audiuit. Haec Phyllo. Similia quoque ipsi & Iosephus in secundo de antiquitate iudaica, hoc pacto conscripsit ab ipsis rebus. Si quis ceterarum gentium leges nostris conferret, diligenter uideret, licet quisnam maxime tam iustissimas leges, quam pietatem in deum ueram hostibus tradiderit. Nam cum infiniti gubernandae ciuitatum modi in hos paucos generaliter reducuntur, ac alij principatu unius, alij paucorum potentia, alij totius populi iudicio gubernentur, nostrae legis conditor haec omnia despexit, & soli deo (dicam enim etiam si durum uideatur) gubernationem iudaeorum attribuit: ad illum enim tanquam omnium honorum causam respiciendum solummodo censuit, quem nec factum ullum, nec cogitatum fugere potest, qui cum immortalis aeternusque sit, omnia potest, nec alia nobis ratione quam creaturis suis cognoscit. Haec enim de deo opinari oportere sapientissimi etiam Graecorum principibus ab illo sumptis testantur. Nam & Pythagoras, & Anaxagoras, & Plato multique alij haec ipsa sensisse uidentur. Sed paucis haec ueritate tradita, in multos efferre ausi non sunt. Nostrae autem legislator, quoniam opera legibus consona effecit, non solum sui temporis iudaeos, sed omnes usque ad hunc diem in ueram creatoris pietatem reduxit, atque reducit, cuius rei causa est, quoniam & leges ipsas utilissimas omnium tulit. Non enim uirtutis partem pietatem esse docuit, sed omnes uirtutes pietatis esse partes declarauit, & ipsas uirtutes iustitiam dico, modestiam, fortitudinem, ciuium inter se concordiam, aliis omnibus impressit. Omnes enim operationes nostras, omnia uerba & cogitationes ad eum referendas esse uoluit, nec aliquid horum incautatum reliquit. Duplex enim disciplina morum est. Nam cum & doctrina quid faciendum sit discimus, & exercitatio faciliores ad agendum scimus. Alij quidem legum latores altera solummodo ratione usi sunt. Nam Lacdaemonij atque Cretenses non uerbis, sed re atque consuetudine instituebant. Athenienses autem & ceteri pene Graeci omnes, quae faci-

enda

enda essent, uel non, legibus iubebant. Re autem atq; opera ad consuetudinem bene uiuendi reducere homines neglexerunt. Atq; Moses diligenter hæc utraq; coniunxit, nec rectam uiuendi consuetudinem doctrina priuauit, nec doctrinam procul ab exercitatione iacere passus est, sed a primis statim alimentis incipiēs, domesticum uiuendi usum ita complexus est, ut nihil adeo paruum sit, quod uoluntati utentis prætermiserit. Sed q̄ comedēda sunt, & a quibus abstinendū, ac de omnibus q̄ simul uiuunt, de diligentia præterea in agendo, ac de requie a laboribus legem quasi regulam posuit, sub qua tanq̄ sub patre ac domino uiuentes, nihil ex ignoratione peccamus. Nō em̄ semel aut bis, sed singulis hebdomadibus ab omni labore quiescentes ad audiēdam legem cōuenire iussit, ut præceptis eius maxime omnium cognitis, nemo se posset per imprudentiā purgare. Quod ceteri omnes legum cōditores ita reliquerūt, ut plurimi uere homines tunc tandē quicquā prohibitum esse discant, cum iam præuaricati sint, & q̄ præcipuos maximosq; gerunt magistratus, ignorantia legum præferunt, cum legisconsultos secum semper habeant assistentes. Quēcunq; uero Iudæum de Mosi legibus interrogaueris, facilius tibi omnes percurret, q̄ nomen suum proferre posset. Ita fit, ut ab ineunte nobis ætate leges imprimant, & raro quidem aliquis transgreditur, & si quis transgressus fuerit, nullo pacto poenam depræcari potest. Qua ex re mirabilis generi nostro cōcordia inest. Nam & quia eadem omnes de deo sentimus, & quia in uiuendi moribus nulla differentia est, summa omnes cōcordia coniungimur. Non audies enim apud nos diuersas de deo sententias, quod apud alios non uulgares tantum, uerum etiā philosophi factitant, quorū alij nihil omnino deū esse cauillant, alij deum esse concedentes, gubernationē rerum ipsi concedere nolunt. Apud nos autē a mulieribus etiam & seruis audies, omnia nostra studia ad deum referri oportere. unde factum est, ut nonnulli tanq̄ magos atq; inertes nos accusent, quia nouarū rerū inuentores non sumus. Quod apud alios ita laudat, ut qui patriā cōsuetudine contempta, innouare quicq̄ potuerunt, sapiētes fuisse uideantur. Nos autē econtra, id præcipuum prudentiæ atq; uirtutis munus existimamus, ut nihil omnino cōtra legem aut facias, aut cogites. Quæ res maximo argumento est, leges Mosi optime atq; diuis

nitus latas esse; nam quæ aliter se habent, experientia redargutæ ce-  
 ciderūt. Nostræ autem legis quidnam aliquis mutare queat; uel quod  
 melius aut inueniet, aut ab alijs accipiet; num uniuersum discipline  
 ciuilibis modum reprehendet? Sed quis iustior aut melior modus ex-  
 cogitabitur quàm hic sit, qui deum principem proposuerit, & sacerdoti-  
 bus communiter maximarum rerum gubernationem attribuerit, ac  
 summo pontifici sacerdotis, tum omnium regimen commiserit, quod  
 non censu aut genere, sed uirtutis præstantia ad dei cultum assumpsit,  
 & legis aliarumque rerum curam illis commisit, ut ipsi & dubia deci-  
 dant, & peccantes puniant. Quis igitur principatus hoc melior, aut  
 quis maior deo potest honor afferi? Tota quippe multitudo pijs-  
 sime deum colit, & sacerdotibus maximarum rerum cura committitur.  
 Ita fit, ut tota disciplina ciuilibis quædam solennitas esse uideatur. Nam quæ  
 paucis diebus uix alij faciunt mysteria, & dies festos appellantes, hæc  
 nos toto animo firmamur sententia multis & conseruauimus, & con-  
 seruamus. Vide autem quæ ueræ simplices integræque nostræ opiniones  
 sunt. Primum enim omnium de deo opinamur, quod ipse perfectis-  
 simus atque beatissimus sit, sibi atque cæteris sufficiens, omnium ipse re-  
 rum principium, ipse medium, ipse finis, operibus notissimus atque  
 manifestissimus, substantia penitus inuisibilis, cui simile nec uidere,  
 nec excogitare quicquam possumus. Quare nec materia ulla ad ima-  
 ginem eius suscipi, nec ars imitari eum fingendo potest. Opera eius  
 oculis cernimus, coelum, terram, solem, lunam, lucem, fluuios, ma-  
 re, animalia, plantas quæ ipse fecit non manibus, neque labore, nec ali-  
 cuius auxilio; sed cum uoluerit omnia bene fieri, omnia illico bona  
 facta sunt. Hic sequendus omnibus hominibus est atque colendus, co-  
 litur autem sanctissime operatione uirtutis. Vnum est templum uni-  
 us dei, amicum enim omnibus, quod simile est, commune templum o-  
 mnibus est, quia communis deus est, hunc sacerdotes præcipue colant, quibus  
 unus præest, huic qui non obtemperat, tanquam impius punitur. Sacrifi-  
 cia offerimus non ad repletionem ebrietatemque nostram, quæ deo ac  
 omnibus probis odio sunt, sed ad emendationem purgationemque  
 nostram, in quibus pro communis prius salute oramus; deinde pro  
 nostra. Gratissimus enim deo est, qui communem salutem suam ante-  
 ponit. Primus autem a deo peccantes, non ut bona nobis concedat, quæ

sponte

spontē iam p̄buit, sed ut capaces eorū bonorū ita nos faciat, ut cum  
 ceperimus, non efferamur. Sacrificātes a luctu ab uxore alijsq; per/  
 multis abstinere lex iubet. Hæc de deo sentire Mosayca lege didi/  
 cimus. Longum esset omnia percurrere, quæ de nuptijs connexio/  
 necq; sexuum cum uxore ad procreandum constituit, quāquam se/  
 uerissime præter naturam agentes ulciscitur, quæ de latrocinio atq;  
 furto, quæ de rapina & ui, quæ de liberis educandis, quæ de paren/  
 tationibus mortuorum, ut non magno sumptu necq; magnificentia  
 sepulchrorum charitateq; fiant. Purgari autem a cadauere uenien/  
 tes iubet quasi immundos, ut hinc discamus quam magna immuni/  
 diciis in cade hominis sit. Parentes secundo loco post deum hono/  
 rari iussit, & ingratum aduersus parentes hominem lapidibus ob/  
 ruendum esse censer, seniores a iunioribus honorari præcepit, nihil  
 inter amicos occultum esse uult: & si dissidium acciderit, amici ar/  
 cana efferrī non sinit. Iudici muneribus corrupto, mortē intulit, qui  
 non auxiliatur supplicanti cum possit, reus secundum legem est. nō  
 tollas quod non deposuisti, non tangas alienum, non mutues foeno/  
 re. Innumerabilia huiusmodi sunt, quibus societas nostra & discipli/  
 na ciuili inter nos continetur. Sed non est prætermittendum quo/  
 modo erga alienigenas affectos nos esse uoluit; sic enim diuinitus  
 hanc rem etiam curauit, ut nec nostra corrumpi possent, nec inuide/  
 re his possemus, qui legem nostram recipere uelint. Quicūq; enim  
 nostris legibus uiuere desyderant, omnes humaniter suscipiendos  
 iussit, cum non genere, sed uiuendi disciplina coniunctionē homi/  
 num distinguere uideatur. Siqui autem non integre, sed simulatio/  
 ne accedunt, hos repellendos imperat, ne conuersatione sua corrū/  
 pamur. Cætera q̄o, quorum usus necessarius est, p̄tentibus danda  
 esse cōstituit, ignem, aquam, alimentū, ceteraq; huius, ut uiam igno/  
 ranti ostendere, insepultum hominē nō negligere. Quam humani/  
 ter autē gerenda bella esse censuerit idem patet, quoniam nec igne,  
 nec ferro, agros hostiū populari dimittit, nec eos spoliare, qui ceci/  
 derūt in p̄lio, nec captis iniuriā inferre, maxime mulieribus. Tātaq;  
 facilitate ac māsuetudine fuit, ut uel brutorū aialium curā habuerit:  
 nam usum cōgruentē eorū nobis cōcedēs crudelius ea tractare phi/  
 buit, nec interficere sinit, si quæ quasi supplicantiā ad nos refugiūt,

parcendum etiam in hostili regione, nec interficiendū animalia illa uoluit, quorum labore homines iuuant. Sic undiq; cum docendo, tum puniendo a uitijs ad uirtutem reduxit. Mors enim imminet, si adulteratus es, si puellam rapuisti, si matrem tentasti, si tentatus concessisti, de alijsq; omnibus punitiones rebus conuenientes absq; deprecatione conscripsit. Seruatoribus autem legum pram̄ia proposuit, non argentum, neq; aurum, non oleastri, aut hederę ferta, & inane quoddam p̄conium, sed & ipse prädixit, & deus miraculis confirmauit. Si quis etiam mortuus esset pro lege, uiuet tamen, & meliora maioraq; p̄mia consequet̄. Vnde factum est (non enim uereor dicere, quod res ipsa prädicat) ut multi magno animo summos cruciatus & mortem ipsam subire maluerint, quam quicquā facere aut dicere präter legem. Et certe si gens nostra ignota cæteris hominibus esset, nec legis nostræ sanctitas ullo modo cognosceretur, & aliquis omnia diligenter scripta Græcis nunc legeret, narraretq; talem se aliqua in orbis parte uiuendi uidiſſe disciplinam, quam multis sæculis cum summa in deum pietate seruata diceret, omnes admirarentur. Nullus enim uere sanctiores leges excogitauit, nec tot sæculis leges suas animis hominū firmiter imprimere potuit. Prætermittito Platonem, qui ueram opinionem de deo in multitudinem efferre non esse tutum cōfiteretur, & leges uerbis inanibus cōscripsit, unde nulla utilitas, nisi forsan eloquentię consecuta est. Lycurgum autem homines admirantur, & Sparten in cœlum efferunt, quia lōgo tempore leges illius inuiolatas Spartani conseruauerunt, quæ res certe non paruę uirtutis est, sed illi breui tempore id fecisse inueniuntur, si quis eos cum Iudæis comparat, qui non minus fere, q̄ duo annorū milia in legibus permanent. Præterea Lacedæmonij liberi quidem leges seruabant, q̄ primum autem fortuna mutata fuit, totius uiuendi disciplinæ, omniumq; suarum pene legum obliti. Nos autem sæpius aduersa fortuna multo magis quā cæteri homines uexati, nec etiā in summis periculis legem nostram tradidimus.

**H** Eleazarus apud Aristeum de allegorico sensu scripturæ. CAP. III.  
 Nec Iosephus de mosaica Iudeorū disciplina. Multa uero dicere possem de occulta legum uirtute, & allegorica speculatione,

culatiōe, sed tangam pauca quæ ab Eleazaro atq; Aristobolo sum/  
 mis apud Iudæos uiris nobilissimisq; qui Ptolemæi tēpore perflu/  
 xerunt, quorum alter Eleazarus pontificatus etiam dignitate insi/  
 gnis fuit, ut paulo ante scriptum est, cum de translatione scripturæ  
 in linguam græcam diceremus, qui regijs legatis uirtutem scriptu/  
 ræ occultam esse ostendens, his uerbis usus est, ut Aristeus alter ex  
 legatis conscripsit. Dignum autē est inquit nōnulla eorum, quæ ab/  
 eo audiuius breuiter ponere, p̄cipue quoniā temere quædam de  
 puris atq; impuris animalibus in lege scripta multi arbitran̄. Inter/  
 rogatus enim a nobis, quāobrem si a deo uniuersa creata sunt, impu/  
 ra nonnulla scriptura uocitat, a quibus abstinentum esse iubet, ita  
 differuit. Vides quantam uim habet conuersatio atq; consuetudo,  
 malos enim homines si cum improbis, laudabiles si cum probis con/  
 uersantur, facile facit. Primum igitur legum diuinarū lator ita cum/  
 cta deo patere ostendit, ut nihil agi, nihil excogitari possit, qd̄ eum  
 lateat. deinde cæteros om̄es homines falso multitudinē deorum in/  
 trodúcere docuit, cum ipsi multo p̄stantiores sint q̄ dij sui, quos ue/  
 nerantur, quorum simulachra lapidea, uel lignea tanquā imagines  
 eorum, qui ad uitam sibi nonnihil contulerunt, adorant sensum ipsi  
 habētes ea quæ insensata penitus sunt. Cur autem omnino quasi dij  
 a gentibus coluntur illi, qui ad usum humanæ uitæ aliquid inuene/  
 runt, cum nō fecerint neq; prodixerint ipsi quicquā, sed meliorem  
 eorum, quæ sunt usum excogitarint? Aut cur hodie quoq; multi  
 non adorantur, cum antiquioribus ad inueniendum excogitandū/  
 q; multa sagatiores acutioresq; sunt? Nam de Aegyptijs quidē ne/  
 scio quid dicere oporteat, baluas enim & serpētes, & uiuos, & mor/  
 tuos uenerant. Hæc igitur inspiciens, diuinus ille uir mœnibus fer/  
 reis, & inuiolabili ualle a cæteris gentibus separare nos uoluit, quo  
 pacto facilius corpore atq; animo immaculatos, longeq; ab huius/  
 cæmodi falsis opinionibus remotos fore uidebat, ut solum uerū d̄ū  
 præter cæteras gentes adorantes, illi solummodo in hæreamus. Un/  
 de factum est, ut a nōnullis Aegyptiorum sacerdotibus, qui discipli/  
 nam nostram altius consyderarunt, dei homines gens nostra sit ap/  
 pellata, quod nemini nisi deum uerum colat, accidere potest. Nec  
 id iniuria, reliquis enim cibo, potui, uestitueq; inhiantibus nostri,

omnibus istis contemptis, per totam uitam de omnipotentia dei cogitat. Ne igitur conuersatione atque consuetudine aliorum corrupti, ad impietatem eorum deferamur, cibi & potus, tactus & auditus, atque uisionis purificatione legali nos a caeteris separauit. Cuncta enim ab una potentia omnipotentis dei gubernata naturali ratione similia sunt, quauis singula a quibus abstinemus, & quibus utimur, profundam habeant rationem, quorum unum aut alterum exempli gratia ponam, ne putes temere de rebus tam paruis a Mose fuisse conscriptum, sed omnia uideas ad probitatem hominum, & iustitiae perfectionem sancte pertinere. Volucres enim omnes, quibus utimur, domestice mundaeque sunt tritico, aut leguminibus connutritae, ut columbae, turtures, perdices, anseres, caeteraque huiusmodi. Quae vero prohibite sunt eas rapaces, carnibusque aliarum auium nutriti comperies, a quibus agnis, haedisque raptis, hominibus quoque tam uiuis, quam mortuis inferitur iniuria. Quae omnia merito immunda nominauit, ut uel hinc rapina & caede nos deterreret, & ad iustitiam hortaret, moneretque iustissime atque pacifice uiuere, sicut omnes uolucres mundaе, quae nulli auium, nec omnino alijs iniuriant. Ita his quasi symbolis ad iustitiam intelligentes conuertit. Nam si animalia huiusmodi tangenda non sunt propter immunditiam suam, quales erunt homines, qui prauitate morum illis se similes reddunt. Omnia igitur haec Tropologice, sancteque intellecta plurimum conferant, consideratio enim unguulae fissurae, an contra sit, distinguendos esse singulos actus probe significat, quos qui non distinguit, omnes quasi pecora, parentes simul & filie, sorores & fratres, quodque nec in pecudibus inuenit, mares inter se commiscuntur, a quibus omnibus nos longe absumus. Vnde marisice una & hunc distinguendi modum docuit & uitae constitutionisque nostrae habendam esse memoriam monuit. Cum enim dixisset, quaecumque unguulam scindunt, adiecit, & ruminant. Nihil enim aliud per ruminatorem signat, quam uitae constitutionisque nostrae, ut dixi, memoriam habentem uiuere. Hoc uita alimento conseruat. Ita & alibi iubet dicens. Memoria recordaberis domini dei tui, qui fecit in te magna & mirabilia. Ingenita enim profecto sunt, si quis diligenter considerat, formatio corporis, alimenti dispensatio, & ad singula membra mirabilis transitus, ac multo magis sensuum uis, mentis agitatio, & summa uelocitas, unde

singulae

singulæ quoq; artes inuentæ sunt. Quare monet memoria tenendū  
 omnia, quæ diximus diuina uirtute & fieri, & gubernari. Loca de/  
 inde ac tēpora omnibus accommodauit, ut semp & ubiq; dei memo/  
 riam habeamus, & incipiētes quicquā agere & desinētes, & cū in/  
 ter agendum sumus cōstituti, iam cibi & potus tam munditiæ quā  
 immundicie: q̄ primitijs, quibus factis, postea utimur, ad deum nos  
 cōuertit. Præterea per uestitū etiam simile fecit. Quid plura? In ipsis  
 quoq; ianuis p̄cepta dei scribere iussit, ut cōtinuam eius haberemus  
 memoriā, & in manibus ipsis circūferre ipsa uoluit, ut ostenderet o/  
 mnia nobis iuste faciunda, creatorē timentibus, & nostræ creatiōis  
 memoriā firmam retinentibus, lubet em̄ si q̄s dormitum eat, siue a  
 lectulo recipiat, siue ambulet, siue sedeat, dei opera sibi esse meditan/  
 da, & in singulis dei potentiā, qua sumus & possumus nō uerbistan/  
 tūmodo, uerum etiam cogitatione atq; animo admirandam, laudan/  
 dam, amandam. Sed de cibo ac potu dicta sufficiant. De sensibus au/  
 tem ita iussit, ut nihil audiendum, nihilq; tāgendum uelit, quod im/  
 mundum sit, & hoc simili quadam ratione. Rapaces enim prauaq;  
 bestiolæ sunt, a quas tactu nos prohibuit, sicuti catæ ac mures, pe/  
 stifera q̄dam animalia, & omnino inutilia hominibus, ita lex nostra  
 nec v̄bo, nec opere iniuriose quenq; dicere, aut facere permittit, &  
 tam expressæ q̄ per signa & symbola, omnibusq; modis nō fabulo/  
 se, sed ueris rerum indicijs ad iustitiam & omnipotentē nos deū con/  
 uertit. Omnis enim mentio mundor; atq; immundor; animalium  
 ad hæc referē. Videbat igitur mihi, Eleazarus recte ad omnia respon/  
 disse, nam etiā uitulos, arietes, & iuuenos nō siluestres, sed domesti/  
 cos offerendos dicebat, ut qui sacrificabāt, hac re intelligerēt mites  
 se atq; humanos esse oportere, p̄sertim cum oblatum affectus ani/  
 mi significet. Hæc Eleazarus ad legatos, qui ad eum de interpreta/  
 tione legum a Ptolemæo missi fuerunt, quibus aperte significauit  
 profundam quandā rationē, ac allegoricam in lege diuina cōtineri,  
 quā inuestigare deberēt, qui scripturā intelligere optarent. Aristot/  
 bolus autē ille, cuius secundus Machabeor; liber meminit, quenq;  
 Aristotelica peritum fuisse, philosophia cōstat, similiter manus &  
 cætera membra, quando de deo dicuntur, intelligenda esse in libro,  
 quē ad Ptolemæum scripsit, his uerbis declarat. Veniamus nūc ad  
 ea,



ea, quibus etiã tu o rex significari tibi uoluisti, quid uelit dicere scriptura nostra, cum manus & brachia, facies & pedes iter & quietem deo attribuat. Quæ omnia cõuenienter intellecta, rectam de deo sententiã non fabulosam, aut falsam confirmant. Magna nancq; res, q̄ sensibus non cadunt, multis profecto modis a sensibilibus, a scriptore legum exponunt. Et ideo, qui recte intelligunt sapientiam illius, & diuini spiritus gratiam, quæ pphetam eum efficit uehemẽter admirantur, ex quibus p̄dicti philosophi fuerunt, & poetæ etiam nonnulli, qui propter illa, quæ ab eo accæperunt, maxime admirantur. Qui v̄o a sensu eius profundiore remoti, literæ tãtũmodo inherẽt, nihil magni eum scripsisse arbitrant. Explanabo igitur singula breuiter, atq; clare, quãtum in me situm est; quod si longe a ueritate abfuero, non scriptori, qui recte ac profunde omnia ædidi, sed mihi parum diuinas illas leges intelligenti temeritatẽ attribuas. Manus igit etiam nobis multis modis dici apertissimum est; nam cum magnũ exercitum, & legiones suas aduersus hostes mittis, magnam manũ te habere dicere uulgo solemus, & omnes qui audiunt uires tuas, per manum significari non dubitant. quod etiam Moses designauit dicens. In manu potenti eduxit te ab Aegypto deus. Et alibi a persona dei. Mittam manum meã & percutiam Aegyptios. & rursus ad Aegyptiorum regem. Ecce manus domini inquit erit in pecoribus tuis, & in omnibus agris mors magna, quibus potẽtia de iure significatur. Vis enim hominum, & actus omnis in manu eorum sita esse translative dicit. Idcirco legis scriptor uocabulum manus ad potentiam dei transfudit. Quies autem diuina non iniuria, utputo, dici potest stabilis creaturarum duratio atq; immobilitas, quam esse percipimus quia deus, cui omnia subijciunt, ita constituit, nunquã enim cœlum in terram conuersum est, neque terra in cœlum mutata, nec Sol luna, neq; Luna sol facta est. Et in animalibus similiter, non est enim in naturam hominis fera conuersa, nec homo in lœluam unq; pertrãsiuit. Hæc igit quies atq; stabilitas diuina dici potest. Descendisse in montem etiam tempore, quo lex ferebat scriptura deũ perhibet, ut omnes operationem dei conspicerent, quam descensum appellamus. Scribitur enim exarsisse montem igne, quando deus descendit, turbarumq; uoces exauditas fuisse. Cumq; tota multitudo non pau/

pauciores quā decies centena milia essent, per quinque dies in omni loco montis ardens ignis aspiciebatur. Ita descensus ille nullum localem motum significat, ubique enim deus est, sed uiribus ignisque mirabiles sunt, quia uniuersa consumunt quinque dierum spacio, sic ardentis, ut nihil ibi consumptum fuerit, sed ipsa quoque herbarum uiriditas intacta permanferit, turbarumque sonitu intolerabili nullis aedito instrumentis, descensus dei omnibus significat. Descendit enim quoniam uoluit diuinis Iudaeorum genus legibus comunire. Hæc Aristobolus.

De Essæis, qui priscis temporibus apud Iudæos sublimi uiuebant philosophia. CAPVT IIII.

**V**erum quoniam diuinarum legum precepta percurramus, & formam allegorici sensus tetigimus, illud pretermittendum non est, uniuersam Iudaeorum gentem in duas maxime partes fuisse diuisam; unam quæ precepta legis certo quodam literæ sensu sequebatur, alteram, quæ maiore philosophia firmata, altius atque subtilius omnia speculabatur, qui & philosophi Iudaeorum esse putabantur. Horum disciplinam omnes, qui nouerunt, uehementer admirati sunt, Iosephus quoque atque Phyloludæi perpetuæ memoriæ uitam eorum commendauerunt. Itaque ne tam sublimes uiri neglecti esse uideantur, a libro Phylonis, quem pro Iudæis composuit, nonnulla sumenda mihi esse arbitror. Præter cæteros inquit, quos pene innumerabiles sanctio mosaica ad bene uiuendum incitauit, Essæi summi omnium atque maximi sunt, ab Hofiotete, id est græca lingua sanctitate (sicut mihi uidetur) appellati, quorum secta non genere, sed uirtute atque humanitate discernitur. Itaque nemo puer, nemo adolescens propter instabilitatem ætatis, sed uiri omnes aut senes sunt, qui nullo corporis morbo, nulla animi perturbatione feruntur, sed uera solli hominum libertate fruuntur, cuius rei uita sua testimonium præbet. Nemo proprium aliquid possidet, non domus, non pecus, non uas aliquod, sed omnibus in medio positus, communiter utuntur, habitant simul & conuiuunt quasi sodales. Cumque omnia pro communi utilitate faciant, alia aliorum negocia sunt, quæ impigre subeuntes certant, non frigus, non calorem, non aliquam mutationem aeris formidantes, sed ante ortum Solis ad solitos labores uersi, crepusculo uespertino cum gaudio redeunt, non aliter quam qui certamine gymnici

co exercētur. Meliora enim & iocundiora tam animo q̄ corpori ea certamina putant, quę non senescunt cum corpore. Sunt autem eorum alij agricolę, alij pastores, alij apium cultores, alij harum artium magistri, ita ut perfecte inter se uiuant, alijs non indigentes, nihil facere recusant, quod cum utile societati sit, turpe non est. Cumq; a laboribus suis mercedem caperint, apud eum deponunt, qui questor creatus est. Is omnia diligēter procurat, quibus egent, egent autem paucissimis, cum omnem luxum tanq̄ animę atque corporis morbum aspernent. Cōmunis est ipsis non mensa solum, uerum etiam uestis tenuis q̄dem omnis, sed grauior in hyeme, q̄ in uno deposita loco est, unde unusquisq; indifferenter assumit. Aegrotatio quoq; corporis si acciderit, studio atq; cura omnium & re communi curatur. Seniores si absq; liberis naturę concedunt, felicissimi omnium putant, honorari a ceteris nō minus quam si eos genuissent. Et quoniam acutissime matrimonio huiusmodi societate facile dissolui posse perspexerunt, uxorem ducere omnino recusant, castimonie summo opere studētes. Nimum enim mulier seipsam amat, & zelotypia maxime mordeat, ac uiri mores artificio quodam atq; lenocinio facile potest in peius peruertere. Si uero etiam liberos uiro pepererit, q̄ prius astute faciebat, ea iam audacter atq; aperte aggreditur, omniq; ui regere maritum conat. Quare uxor huic societati inimicissima iudicata est: nō seruat enim mores, nec probus erga omnes est, q̄ aut a uoluptate uictus, aut liberorum amore superatus, in seruitute uxoris deductus est. Hac uita eorum sit, ut nō priuati solum, uerum etiam reges atque principes, eorum philosophiam plurimum admittent. Hac quidem in Apologetico Phylo scripsit, ut diximus. In eo uero libro, quem inscripsit, omnes studiosos liberos esse, ita de Essæis narrat. Palestinam maxima gens Iudæorum habitant, inter quos qui dicuntur Essæi comperiuntur, plures numero, ut ego opinor quam quattuor milia. Essæi dicti, quasi sancti gręce, quoniam dei cultores præcipue sunt, non animalia sacrificantes, sed mentes suas uirtute munitas, offerendas deo putantes. In ciuitatibus nō habitant existimantes, ut contagionem aeris corporibus, sic conuersionem uulgi animo nocere. Horum alij agros colunt, alij pacificas artes ad utilitatem suam & proximorum exercent, nec argen-

tum,

tum, nec aurum reponunt, nec ingentes agros laudant, sed tantum colunt quātum necessitati possit sufficere. Hi enim ex omnibus pene hominibus soli pecuniam & fundos negligentes uirtute ditissimi putantur, facilitatē uiuendi & paucorum indigentiam recte magnas esse diuitias iudicantes. Nemo eorum tala, enses, galeas, scuta, ceteraq; belli factitant instrumenta, sed nec eas artes exercent, quibus facile omnes in improbitatem labuntur, nulla mercatura, nullus cauponatus, nulla eis cognoscitur nauigatio, omnes rapinae occasiones depellunt. Nemo seruus est apud eos, sed cum uniuersi liberi sint, alteri alteris seruiunt. Omnes qui seruis utuntur, non solum quia aequalitatem contemnunt, tanquam iniustos oderunt, uerum etiam quasi naturae leges transgressos omnino despiciunt. Omnes enim aiunt quasi mater eadem natura genuit, quare quamuis non uocemur, sumus tamen re ipsa fratres, auaritia crimine abalienati, rationalem philosophiae partem non necessariam ad uiuendum, naturalem maiorem humana natura consequi posse putantes, alteram sophisticam, alteram leuioribus reliquerunt hominibus, illam philosophiae partē solummodo approbantes, qua de deo, & de creatiōe omnium scrutamur. Morali maxime inuigilant, ad quā absolute consequendam, paternis legibus adiuuant; quas recte intelligere nemo sine diuino auxilio potest. Has semper quidem, sed maxime septimis diebus docentur. Dedicata enim septima dies deputatur, in qua ceteris omnibus neglectis, ad sacra loca concurrentes, quae synagogae appellantur, ordine sub senioribus iuniores considerare solent, legunturq; scripturae diligenter, & exponuntur a peritissimis, symbolis enim prisco more scripturam uti maxime arbitrantur. Discunt igitur pie, sancte, iusteque uiuere, triplici regula utentes, Amore dei ardentissimo, Virtutis cultu diligentissimo, Charitate proximi feruentissima. Quod igitur summe deum diligant, multa nobis argumento sunt. Castitas perpetua, iusiurandi nulla mentio, mendacij odium; & praecipue quod bonorum omnium nullius mali causam esse deum opinantur. Quot uirtuti studeant patet, quia pecuniam negligunt, gloriam spernunt, uoluptatem oderunt, cōstantes, seueri, magnicq; animi sunt, ceteraq; huiusmodi innumerabilia. Charitatis autem argumenta sunt, beneuolentia, societas, qualitas.

t ij Nullus

Nullus enim domū habitat, quæ omnium communis nō sit, unum ararium, unus sumptus omnibus est. Præterea uestis communiter omnibus proposita, communis cibus & potus, cōmunis mensa, omnis uita communis est. Quæ omnia multo magis illi opere faciūt, q̄ alij uerbis significant. Nec mirum, quæcunq; enim quotidie laborantes cōsequunt, non ipsi seruant, sed in medium afferentes, communi utilitati attribuunt, nō negligunt apud eos ægrotantes, sed a communibus curant. Seniores nō minus quam parentes liberi uenerant. Huiusmodi homines sine græca doctrina, mosaica philosophia effecit, quæ uirtutis opus hominibus proposuit, a qua libertas & oritur, & confirmat. Nam cum multi atque uarij diuersis temporibus, alij crudelitate carnificū more uniuersam Iudæam uexarint, alij astuta simulatione adeo ad improbitatem cunctos peruerterint, ac suæ impietatis, inhumanitatisq; calamitates hominum perpetua monumenta reliquerint, nullus unquam ita efferatus fuit, nullus ita ueterator ac malus, ut Essæorum, aut potius sanctorū uitam criminari uoluerit, sed omnes probitate illorum superati, quasi a naturali beros putantes, summa ueneratione atque laudibus prosecuti sunt. Hæc Phyllo.

De Deo, & quod mundus creatus est. CAPVT V.

**V**erum quoniam philosophorū disciplina iam patuit, & totius etiā multitudinis mores diuinis legibus muniti, expositi sunt, restare uidetur ut iuniorū Theologiam pietati maiorū idoneam atq; cōsentaneam ostēdamus. Sic em̄ perdiscemus quales in Theologia, & in cæteris disciplinis. Hebræi fuerunt. Phylonem igitur rursus primo libro sup̄ legem audiamus. Nonnulli ait mundum magis quam auctorem mundi admirati, nō ortum, sed æternum esse mundum putauerunt, male nullum pene opus deo attribuentes, cū ecōtra oporteret dei q̄dem uirtutes quasi creatoris atq; patris admirari, mundo autem non maiorem, quam creaturæ conueniat, laudem attribuere. At uero Moses, qui & ad summum philosophiæ peruenit, & dei responsis secreta naturæ didicit, optime cognouit necesse esse, ut rerum aliud quidem agat cū sit integerrimus intellectus atq; purissimus omni scientia præstantior, omni bono melior, omni pulchritudine formosior, aliud uero  
inanime

inanime per se atq; immobile, sed ab intellectu comotum, atque formatum perfectissimum opus hunc mundum effecerit. Quem qui fuisse ortum negant, perutilem atq; ad pietatem necessariam providentiam virtutem radicatus sustulerunt. Patrem enim atq; auctorem operi suo providere ratione probat: pater enim omnis atq; auctor, ea quae genuit aut fecit, diligenter studet conservare, quae opprimere possunt expellens, quae utilia sunt suis acquirens, ad id vero quod non fecimus, nulla conjunctio nobis est. Perniciosa igitur res omnino est, ut sine principatu civitatem, sic mundum sine auctore ac iudice, a quo universa gubernentur, consistere posse putare. Mirabilis igitur ille Moses, quod sine principio est alienum, a re visibili omnino existimans. Quod enim sensibile est, mutationi subiectum, nunquam idem est, invisibili quidem atq; intelligibili perpetuitate attribuit, sensibili autem aliud vocabulum accommodavit. Nam quoniam invisibilis atq; sensibilis hic mundus est, necessario ipsum ortum habuisse affirmant. Unde non ab re creationem etiam eius magna cum theologia venustate conscripsit. Haec de origine universi. Quod vero providentia mundus gubernetur in libro, quae de providentia scripsit, contrariis primum expositis, deinde confutatis magnifice probavit. Quorum plura, quoniam longiora sunt, compendiosius ponam. Providentiam esse inquit arbitrarie, cum tantam rerum perturbationem esse videas. Quid enim humanorum ordine certo geritur. An solus ignoras, pravaos atq; rapacissimos homines bonis omnibus florere, divitiis, gloria, cultu, multitudinis magistratibus, bona valetudine, quibuscunque dixeris voluptatibus affluere? Virtutis autem amicos omnibus malis oppositos, paupertate, infamia, humilitate, duricie vivendi affligi? His aliisque compluribus ita dictis respondet postea hoc pacto. Non tyrannice neque vi aliqua vel crudelitate, sed ut rex regum iuste universum mundum deus gubernat, rex autem verus, & iam pater est, ut enim se habet pater ad liberos, ita rex bonus ad civitatem, & deus ad mundum, quippe qui naturae stabili lege principatum & providentiam insolubili conjunctione una copulavit. Quare quemadmodum non negligunt, omnino vitiosi a parentibus liberi, inimicorum opus esse putantibus submersos invadere, sed maiore interdum ope fovent, cum nullum in eis praesidium esse videatur. Similiter quoque deus omnium curam gerit, nec minus eorum, qui perperam vivunt, tum ut occasionem

eis poenitentiae p̄beat, tum ut natura se propitium esse ostendat. Ad  
 hæc lōge absis a ueritate, si malorū aliquem felicem arbitraris, etiam  
 si Chroeso ditior, acutior uisu quā lynceus, maioribus corporis uiri/  
 bus, q̄ Crotoniatha ille Milo Ganymede formosior sit, omnibusq̄  
 alijs corporis & exterioribus bonis abundet. Qui enim mētem suā  
 plurimorū dominatū ac pessimorū subiecit Cupidinis, doloris, ti/  
 moris, stultitiæ, iustitiæ, felix atque beatus esse nullo modo poterit,  
 etiā si uulgo beatus appellet. Nam si animi oculos parumper uolue/  
 ris eleuare, atq̄ ut possibile homini est, de uero bono consyderare,  
 omnia q̄ nunc admirari uideris, magno risu prosequeris: semper em̄  
 cum meliora lateāt, in locum eorū mala irrumpentiā laudant. Cum  
 uero in medium adsunt, bona tunc, quæ cōtraria sunt, hac luce dilu/  
 cidius turpitudinē suā ostēdunt. Si ergo diuinū illud bonū mēte cō/  
 cæperis, nihil eorū, quæ dixisti, facile apud uitiosos inueniri inter bo/  
 na collocabis. Preciosissima nēpe illorū argēti atq̄ auri metalla sunt,  
 quæ a pessima terrarū parte solent prodire, permultū nanq̄ profecto  
 interest inter metallorū sterilitatē, & fecunditatē terræ nō metallo/  
 sa. Longe q̄ppe abest argēti atq̄ auri natura a bonitate frugū, sine  
 quibus uiuere nequimus, quod maxime in annonæ patet charitate.  
 Omnes em̄ thesauros pro modici tēporis alimēto recte propter neces/  
 sitatē iudicantes, libenter omnes proijcere solent. Quando autē neces/  
 saria nobis cumulate affluunt, naturæ bonis abundātes cōtenti esse  
 nō possumus, sed argēto atq̄ auro inhiātes, & quasi oculis capti, ter/  
 reno pōdere huc atq̄ illuc propter auaritiā ferimur, cōtinuoq̄ pe/  
 cuniæ gratia bello uexamur. Vestes etiā magnificas cupimus, q̄ ni/  
 hil aliud sunt q̄ textoriæ artis laudes, & flos ouium, ut nōnulli poetæ  
 dixerunt. Qui pro gloria adeo cupidus est, ut uel a malis laudari cu/  
 piat, hūc improbum esse necesse est: quippe unumquodq̄ suo simi/  
 li gaudet, bonam autē ualitudinem auri quæret, si didicerit non pra/  
 uos animi morbos ab auditu oriri. Qui uiribus corporis ceruicē ele/  
 uat, atrocissimas ante oculos bæluas ponit. Ita em̄ intelliget turpissi/  
 mum esse ferarū uiribus hominē gloriari. Formositate corporis ia/  
 ctare mentis cōpos nemo poterit, q̄ breui adeo extinguit tempore,  
 ut anteq̄ floreat, defloruisse uideat, presertim cum etiā inanimata  
 artis opera, picta, ficta, texta, nō parua uideat extare pulchritudine,  
 quorū

quorum omnium nihil unquam apud deum inter bona enumeratum est. Quid dico apud deum? cum nesci periti homines, qui recte philosophant bona, caducas has res, aut arbitrentur, aut appellent. Qui vero falsam, & nomine solum philosophiam sequuntur, si animi se medicos professi seruituti corporis inhaerent nec corporum quidem medicos imitantur, qui si rex ac princeps aegrotet, omnia transgressi inter columna, porticus, tabulas, argentum, adrilicium, aurum, lapides, cubile ipsum ilico petunt, nec uestem auro inserta admirati, nec lapidibus ornatum considerantes lectulum quietius possunt, ceteris omnibus contemptis, manus aegroti tangunt, pulsus examinant, interdum etiam uestibus sublatis, qua duricia sit uenter, quo calore pectus ardeat, quo motu cor exiliat, inquirunt. Ex quibus omnibus aliisque compluribus quantitate & qualitate aegritudinis percipita, curam morbi tandem aggrediuntur. Oporteret igitur etiam philosophos cum medicinam animi tenere profiterentur, omnia despiciere, quae falsa homines opinione maximi faciunt, ac mentis ipsius cubile ingredi diligentius, & considerare si propter iram inaequaliter pulsus, mouetur, tactusque ipso examinare, si aspera maledicendo lingua effecta est, si cupiditate tumidus uenter, & ut breuiter dicam, qua intemperie interiora turbata sunt. Hoc enim pacto, idonea poterunt adoptare remedia. Nunc vero cum nequeant lucem ueram aspiciere, exteriorum falso rerum nitore percussi, quasi caeci pererrant, reginam omnino mentem negligentes, & satellites eius diuitias, gloriam, sanitatem, aliaque huiusmodi persequentes. Et quemadmodum summa insania est, aut caecos de coloribus, aut surdos de harmonia, musica, sic & uitiosos uiros de bono & malo iudices constituere, menti capti namque sunt, & interioribus tenebris obcaecati, discernere nequeunt. Merito igitur laudatur Socrates & alij, qui paupertatem amplexi, nec quaestuosam ipsi artificia didicerunt, nec amicis, aut regibus magna sibi oblata munera acciperunt. Nihil enim aliud quam uirtutem bonum putabant. Quod si mortali corpore circumducti, & morti ut homines subiecti, ac cum multitudine iniustorum hominum, maxima uiuentes iniuria perierunt: Cur accusanda natura est, cum crudelitas hominum culpanda sit? Non enim facile potest euidere, qui degit in regione pestifera. Et ueluti cum magna uis



pluuiæ descendat, nisi sub tecto sis, necesse est, etiam si sapiens sis, imbrem perferre. cumq; frigidissimus perflat boreas, frigore premi & æstatis ardore calefieri. Eodẽ profecto modo, si cum iniustis uitã agis, necesse est multa inde perpeti mala. Verũ omnes, qui uirtutem negligentes, falsa corporis laudant bona, a Sole se ungi, & a loue lauari putant. Symbolica enim hæc priscaq; prouerbia re ipsa uera esse ostendunt, nec enim post mortẽ solummodo, sed etiam per totã uitã animo simul atq; corpore iniusti homines pendent. Cuius rei q; ficulam conscripserunt hystoriã, testes locupletissimi sunt. Nam uel amantissimã uxorem suspectam adeo fuisse tyranno dicunt, ut tabulis cubiculum statuerit, quo maior sonitus cum ad eum iret excitaretur, nudãq; ita, ut nihil occulte fere posset, aditumq; ipsum fouea intercãpisse, ut uel saltibus, uel longis gradibus, uel ascensu descenduq; pergendo, nullum posset telum occultare. Quod quantiscq; igitur animus hominis, quã uel uxore ita suspectam habebat, malis referus erat. Illis certe mihi similimus uideẽ fuisse, q; cum ad alta præcipitia scandant, anteq; ad cacumen peruenerit timore percussus, nec altiora petũt iam fessi, nec descẽdere audent cum ad hiatus & profunditatem despexerint. Tyrannidem nempe quasi diuinã rem aggressus, cum pericula eius cognouisset, & stanti in proposito, innumerabilia uidebat in dies pericula, & abeunti mortẽ imminere non dubitabat, omnibus & si nõ corporibus, sed animo tamen aduersus cum armatis, quod ille ipse Dionysius ita esse significauit. Nam cũ quidam uitam tyrannorũ apud eum quasi beatã laudibus afferret, uocasse ad cœnam regio apparatu cõstructam hominẽ dicẽt, ac super caput illius sedẽtis acutum gladium tenuissimo filo suspendisse, quẽ posteaq; reperire cõuiuia ille respexit, nec surgere inde ausus, timore tyrãni nec bibere, aut comedere potẽs periculo percussus, ceruice ac oculis ad pẽdentem gladium directis mortem expectabat. Quod cum uidisset Dionysius, Num inq; intelligis q; beata sit uita nostra? talis enim est, nisi uelimus nobismet ipsis adulari. Omnium enim rerum copiam habẽtes propter frequentiam periculorũ & impendentem formidinẽ nulla frui possumus. Illis similes, qui a deformibus saepe meretricibus decipiunt, quæ ueste atq; auro ualde ornata, & fuce facie deformitatem occultantes, quasi hamo pisces his insidijs

insidijs captos attrahūt adoleſcētes. Hac infelicitate nos p̄mimur, q̄  
 multis felices uidemur, & sicut tormētis, multi coguntur mentis suę  
 arcana pandere. sic interdum huius uitę molestia uicti, uerissimas  
 uoces de miseria nostra emittimus. Illis em̄ certe similes animalibus  
 tyranni sumus, quę saginantur, q̄bus comedendi bibendiq̄ non ad  
 aliud q̄ ad perniciem suam copia solet offerri. Multi autem pecunię  
 cupiditate uicti, manifesta dederūt supplicia. Cuius rei exempla &  
 si quotidie uidemus, unum tamen ex prisicis referre operapræcium  
 diximus. Dicunt igitur, qui foetidus sacrum bellum cōscripserunt,  
 cum lex esset, aut precipites ex alto deijci, aut in mare submergi, aut  
 igne cremari sacrilegos. Cumq̄ Philomelus, Onomarchus, & Phay  
 lus, tres isti Delphicum spoliauerint templum, secundum legem di  
 uinitus supplicia dedisse. Alterum em̄ cum per aspera scanderet lo  
 ca, p̄cipitem decidisse, ac ita expirasse. Alterum, cum eques per lito  
 ra ferretur in profundo lapsus, una cum equo fuisse aquis demer  
 sum. Phaylum autē alij sacro morbo consumptum, alij cum t̄plum  
 Inabis incēderetur, una cōcrematum fuisse tradiderūt. Nemo profe  
 cto hac casu nisi amens accidisse putabit. Om̄es enim hos tres eisdē  
 temporibus propter idem delictum non alijs supplicijs q̄ lex uole  
 bat iure punitos, non a fortuna & casu, sed diuinitus credere debe  
 mus. Quod si nōnulli rapaces & factiosi homines, qui nō alienos so  
 lummodo populos, sed patrias etiam suas subiecerunt, impune id fe  
 cisse uidentē, mirandum nō est. Primum enim nō similiter deus atq̄  
 homines iudicant, homines em̄ de manifestis tantummodo cogno  
 scunt, deus v̄o in animum ingressus ip̄um, nudos uoluntatis p̄spi  
 cit motus. Quare nunquā humana iudicia diuino tanq̄ meliora &  
 iustiora p̄ponenda sunt. Multis em̄ homines falluntur sensibus cor  
 poris, atq̄ turbationibus animi, in deo autē nihil est, quod fallat, sed  
 summa iustitia una cum ueritate cuncta geruntur. Deinde recte il  
 lud imprimis, fertur id esse ad populum tyrannos, quod sunt in lege  
 supplicia. Quando igitur in ciuitatibus adeo abundant, ut nulla le  
 gum reuerentia sit, tunc deus ut uitia repellat, & ad uirtutem homi  
 nes conuertat crudelibus atq̄ tyrannicis uiris, non iniuriam poten  
 tia præbet, uitiorum enim cumulus sine crudelitate mundari nō po  
 test. Et quemadmodum uindices publicarum rerum ad homicidas

proditores & sacrilegos interficiendos publice aluntur, non quia tale hominis exercitium laudetur, sed quia populo necessarium est. Eodem profecto pacto huius mundi gubernator, quasi communes uindices tyrannos, in ciuitates exsuscitat, ut iniuriam atq; impietatem, aliaq; huiusmodi uis & crudelitate istorum puniat. Qui quonia non recto animi proposito, sed crudelitate commoti, diuine uoluntati subministrarunt, ut ignis consumpta materia demum extinguitur, sic & ipsi cum ciuitates prauas inanes hominum fecerint, tunc demum in perniciem incidunt. Quid autem miramur, si tyrannorum interdum ministerio effusas hominum iniurias deus compescit, cum etiam sapius non aliorum opere, sed per seipsum famae, terramotu, peste, alijsq; huiusmodi, quibus multas urbes desolatas uidemus, id facit. Satis dictum esse puto, neminem qui male uiuat esse felicem, unde maxime prouidentia esse probatur. Et post aliqua. Ventorum inquit impetus & pluuia uis non ad perniciem nauigantium, aut agricolarum, sed ad utilitatem humani generis diuinitus mittitur. Aquis enim terram, uentis uero regionem, quae sub Luna est, inundare solet, & utrisq; animalia & plantas alit, auget, perficit. Quod si nauigantes aut agricolas nonnunquam perdit, mirari non debes, minima enim quaedam isti particula sunt, cura vero totius humani generis deo est. Ut ergo in aditione ludorum atq; certaminis, aediles propter aliquos reipub. usus die certaminis mutato fecerunt, nonnullos uictorum non affuisse. Sic & Deus quasi magnae cuiusdam ciuitatis, totius orbis curam gerens, humidiores aestatem, & uernalem hyemem ad utilitatem totius effecit, quamuis nonnulli hac temporis inaequalitate magna damna patiantur. Elementorum igitur inter se transmutationes, ex quibus mundus conflatur, & quibus conseruatur, tanquam necessarias ipse instituit, pruinae autem & niues caeteraq; huiusmodi ad frigiditatem aeris consequuntur, sicuti ad concussionem nubium fulgura & tonitrua, quorum nihil forsitan & prouidentia sit. Pluuiae uero ac uenti, cum uita alimentis clementis causa plantarum atq; animalium sint, prouidentia certe fiunt, & ex istis illa consequuntur, ut si aeditoris munerum liberalitate atq; magnificentia magna unguentorum copia proponatur, unde guttis quibusdam in terram deflexis, ubricus ualde locus effectus sit, nemo non insanus prouidentia aeditoris munerum

munerum lubricitatem factam esse contenderet, sed ad magnificentiam abundantiamque unguentorum consecutam concederet. Iris similiter & alia huiusmodi non sunt naturæ opera principaliter, sed nubibus naturali quadam ratione accidentia, & tamen etiam hæc prudentioribus conferunt, tranquillitatem enim aeris, motus uentorum, hyemes & serenitatem, his signis prædicere solent. Fornices porticusque num uidet, quorum plurimi ad meridiem respiciunt, ut deambulantes in hyeme calefiat, & in æstate opaco frigore utantur. Quam rem illud consequitur, non ab ædificatoris sententia factum, quod umbris quæ a basi excidunt, horæ significantur. Ignis similiter naturæ opus est necessarium, quem quasi accidens quoddam fumus consequitur, qui tamen est, quando non paruum attulit utilitatem. Interdum enim non igne, sed fumo ad uentum hostium significamus. Talis ratio etiam in Eclipsibus dici potest, quæ Solem atque Lunam consequuntur, & aut moris Regum, aut urbium desolationes prudentibus signa solent afferre. Lactetus uero circulus, stellas habet eius substantiæ, cuius cæteræ. Cuius rei causam, quamuis difficilis sit, non tamen negligunt, sed diligenter queritan philosophantes; putant enim & recte iucundissimam rem per seipam esse scientiam. Sicut igitur Sol & Luna cæteraque Stellæ per prouidentiam factæ sunt, sic profecto cælestia omnia, quamuis nos naturam atque uirtutem omnium inuestigare nequeamus. Terræ motus autem & pestilentia fulminum ictus, & similia mala dicuntur, & non sunt. Nullius enim mali deus causa est, sed elementorum mutatione generantur, neque sunt principalia naturæ opera, sed ad ea quæ necessaria & principalia sunt, consequuntur. & si aliqui damnum inde habuerunt, non est accusandus gubernator. Primum, quia quos bonos esse ipsi putamus, boni fortassis non sunt. Deinde quemadmodum in re militari ad sedam seditionem, qui forte primum oblati sunt plectitur, & ad extinguendam tyrannidem cognatos etiam si in culpa non sint, leges exterminat. eodem modo in pestilentia ut reliqui moderatiores fiant, interdum etiam innocentes communi corruptione aeris pereunt. Sic & in nauigio æqualiter omnes periclitantur, quamuis non æque peccauerint. De atrocibus autem bestiis exercitatiois bellicæ gratia predictas diuinitus diceremus.

Nihil

Nihil enim magis corpus ad labores & animos ad resistendum hosti corroborat quam uenatio, nisi in huic defensionem opponendo detraxisses, sed tamen & qui bellicosi sunt animosiores bestiis se opponentes, facilius fiunt, & qui pacem amant, domi atque in urbibus uiuentes, longe ab omni huiusmodi periculo absunt. Sues enim & leones similiaque animalia ne insidijs hominum aliquid patiantur, procul ab habitacionibus hominum uersantur. Si qui autem ex negligētia inertes saltus peragrant, seipsum potius quam naturam accusent, sicut in equestri certamine, qui uno loco sedere ac spectare non patiuntur, cum hinc illinc transeant, curruum impetu plerumque cōteruntur. Serpentes autem uenenosus non prouidentia sed cōsequētia quadam rerum, ut in superioribus diximus, producti sunt. Fiunt enim cum innata materiam humiditas calidior facta est. Sic & nonnullae bestiolae corruptioe nascuntur, ut corruptioe alimentum uermes pediculi a sudoribus. Quae autem spermate natura duce generantur. Ea quoniam natura principaliter intendit, prouidentia nasci non negamus, quauis etiam illa duabus rationibus ad utilitatem hominum adiuui producta, quas celare nullo modo decreui. Primum igitur uenenosa animalia multos ad morbos, & maxime perniciosissimos remedia conferre saluberrima medici perhibent. Videbisque si diligenter attendere uolueris, in magnis theriacis nonnulla membra eorum accuratissime sumi. Deinde deo ista esse parata dicunt in peccatores, sicut eculeos & alia tormenta in iudicijs preparata uideamus. Quod autem dixi isti, in dormibus hominum maxime ista nasci, falsum omnino est. Procul enim in desertis inueniuntur locis hominem, quasi dominum fugientia. Quae uero in habitacionibus hominum nascuntur, corruptioe magis producuntur, quamuis & carniū nidore animalia huiusmodi attrahantur. Hirundines autem si nobiscum uersantur, mirum non est, nam quoniam eas homines non uenantur, idcirco plurimae abundant, nam e regione fugere illa uidebis, quibus insidiamur. Non enim hominibus solum, uerum etiam brutis, ut se salua uelint intantum est. Syriae maritima quaedam ciuitas est nomine Ascalo, quo tunc applicui quando oraturus atque sacrificaturus Hierosolyma ad patrium templum missus fui, eo cum applicuissem, magnam columbarum multitudinem uidens admirabar, interrogantique mihi quamobrem

quamobrem eæ atues omnia pene loca illa occupassent, responsum fuit, lege eos apud columbarum usum esse prohibutum. Apud Aegyptios autem mirabilius quidam consyderavi. Crocodilus enim omnium baeluarum atrocissimus, in sacratissimo natus & enutritus, Nilo quauis sub aquis uiuat, utilitatis tamē suæ nō est ignarus. Magna enim copia apud eos Crocodilorum inuenitur, qui animal id tanquā sacrum uenerant. Minime autem reperiri apud eos potest qui eum uenatur, & nauigantes hic quidem nec digito aquā fluuij tangere audent, Crocodilis statim insultantibus. Id pro timidiore etiā homines, uel ludo in Nilum natantes profiliunt. Barbaras regiones fecunditate agrorum excellere uidemus, ubi magno ingenio homines raro nascunt. Sic alimentis quidem abundant, hominibus autem, quorum gratia diuinitus alimenta producunt, carere uident. At contra accusanda Grecia est, quia sine semine atque cultu nihil producit, sed sola homines generat uere caelestos atque diuinos natura ad omnem scientiam natos, cuius causa est subtilitas aeris. Non enim temere dixit Heraclitus, Aer siccior, anima prudentior atque melior, cuius signum, quod ieiunantes atque uigilantes prudentiores illis sunt, qui cibo & potu semper replentur. Immergit enim quodam modo motus mentis, quā cogitationē appellamus. Verum in barbaris regionibus propter maiorum alimentorum copiam agrorumque robur, nō solum animalia plura/maioraque, uerum etiam arbores maximæ nasci solent. Nō est autē culpa naturæ, si tam marinis quā terrestribus animalibus crudeliter uescimur. Nō enim ad huiuscemodi uoluptates natura, sed crudelitas nos atque intemperantia incitat. Ad mundi enim totius consumationem necesse erat, ubique uaria nasci animalium genera. Non fuit autē necessarium, ut homo qui sapientiae decore ornatur, ab humanitate in feritatem conuersus, eade animalium uoluptatem sibi pararet. Vnde ad hæc usque tempora qui curam continentiae gerunt, ab hominibus abstinent carnibus, suauissimo cibo herbarum fructumque utentes. Qui pro carniuum usum natura concedi arbitrant, magistris & legibus, quibus curæ modestia est, ab esu immoderato prohibent. Rosæ autem & crocus uarijque flores atque aromata non uoluptatis gratia, sed bonæ ualitudinis producta sunt. Nam & odore ipso iurant interdum, & in compositione medicinarum

dicinarum (magnas enim vires habent) a medicis adhibentur. Multa enim singula nihil profunt, coniuncta uero quemadmodum maris atq; foeminae coniunctio ad procreationem, sic vires suas ostendunt. His ceterisque huiusmodi nisi contentiosus sis, concedas oportet, divina uniuersum hunc mundum providentia gubernari. Haec a Phylone compendiosius sumpsit, tum ut ostendam quales Hebraei etiam iuniores viros habuerunt, Tum ut pia de deo sententia iudaeorum appareat.

## EVSEBII PAMPHILI LIBER NONVS

Quod etiam exteriores iudaeorum gentem admirati sunt.

## CAPVT. I.



VNC autem testimonia etiam exteriorum de ipsis diligenter citabimus. Illustrissimi enim etiam Graecorum, non imperiti omnino iudaicae philosophiae, alij vitam eorum scriptis suis approbasse uidentur, alij Theologiae quantum potuerunt secuti sunt. Sic enim diuices non temere, sed absoluta exquisitaque ratione iudaicam philosophiam gentilibus nugis praepositam a nobis fuisse. Primum igitur eponam, quae de uita iudaeorum praecellissimi Graecorum testantur. Theophrastum igitur audias, cuius nonnullos textus Porphyrius in his libris posuit, quos de abstinentia a carnibus conscripsit, his uerbis iudaei ad haec usque tempora Theophrastus ait, animalia quomodo sacrificant: ut si quis nos ad imitationem illorum hortaretur audire, non pateremur. Non enim comedunt ex sacrificatis, sed mel atq; uinum noctu infundunt, holocausta facientes, nihilque inde relinquentes, ut nec ille qui omnia perspicit, rem tam prauam inspicere possit, quod faciunt interim ieiunantes, ac quoniam philosophi natura sunt de deo inter se colloquentes, noctu autem stellas aspicientes orationibus deum inuocant. Primi enim isti omnium hominum, & bruta, & se ipsos offerre coeperunt, nulla necessitate aut cupiditate id facientes. Et in quarto eiusdem negotij, haec a seipso scribit Porphyrius. Essaei iudaei genere sunt, non alter alterum magis diligunt quam ceteri homines faciunt, & uoluptatem omnem quasi uitiosam aspernant, continentiam & integritatem animi ab omni perturbatione remotam, praecipuam putantes uirtutem. Vxores non ducunt, alienos autem liberos teneros adhuc & ad